Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26351
Copyright: Admont, Benediktinerstift

redigit. eiq; codice digestorum sive pandectarum
uocabulo nuncupauit. Quattuor enim institu
tionum libros in quibus breuiter uniuersarum
legum textus comprehendit. nouiter composuit.
Nouas quoq; leges quas ipse statuerat. in unum
uolumen redactis. idem codice nouellum nuncu
pari sanciuit. Extruxit quoq; idem. princeps
urbem constantinopoli urbem xpo domino quem
sapientiam dei patris templum. quod greco uocabu
lo agian sophian. id est sanctam sapientiam. nominau
it. Cuius opus adeo cuncta edificia excellit.
ut in orbis terrarum spatiis. huic simile non pos
sit inuenire. Erat enim princeps fide catholi
cus. in operibus rectus. in iudicio iustus. ideoq;
eiusdem concurrebant in bonum. Huius temporibus
cassiodorus apud urbem romam in seculari
quam diuina scientia claruit. Qui interpretatus
que nobiliter scripsit. psalmos. occultaque pu
pue potentissime reseranit. Hic primum
consul. deinde senator. ad postremum uero mo
nachus extitit. Hoc etiam tempore dionysius abbas
in urbe roma constituit. paschalem calculum